

A Nudipes Anthes non curat. Clorus ubi flet. Dum non in calis, flet ubique velis.

Obiit anno M.CCC.XXXVII. 38. 22. Gerhardus II. electus in Archiepiscopum ex Archiepiscopo Treverensi. Rexit Ecclesiam usque ad annum M.CCC.LV. quando mense Febuario in suo conclavi seclis infidens, & vivis excessit. 39. 23. Petrus Medicus expertissimus Henrici Comitis Lutemburgensis, a Clemente Papa V. quod cum feliciter curasset, cum paulo ante involuntarius videretur, ad hunc apicem erectus fuit. Multa gessit memoratu digna, rebusque humanis exemptus, postquam Henricum, Lodoicum & Joannem Reges coronasset, anno M.CCC.XX. pridie Noni Junii.

40. 24. Mathias, Monachus S. Benedicti, auctoritate Apostolica Joannis XXII. a Clero & populo in Archiepiscopum susceptus est, quamvis Canonici Baldinum Archiepiscopum Treverensem postulasset. Praesuit annis octo.

B 41. 25. Henricus III. Post iterum postulatum Baldinum, qui annos circiter tres hanc cathedram administravit, cum seclis, ut pote opulentorem, jam nollet relinquere, Praesul renuntiavit. Accusatus vero coram Pontifice Clemente VI. ac coram eo Avinionem citatus, dum contumaciter se recusat, sede sua repellitur, anno M.CCC.XXXV. Mi tamen Lodoici Imperatoris adhuc integrum octennium multis seditionibus & cladibus eam occupavit, quamvis qui proximo obiit, ad illam electus esset.

42. 26. Gerlacus tandem anno confirmationis suae octavo Archiepiscopatum tenuit, & successively magis ac magis se populo infirmavit. Anno M.CCC.XXXX. instante Carolo Imp. consensu indictus super reformatione Cleri, & abusi in vestibus & conversatione. Pro qua valde laborabat Gerlacus, mortuus anno M.CCC.LXXI.

43. 27. Joannes I. Gregorio XI. & Carolo Imp. annuentibus electus, quamvis alii a Clero & populo fuissent postulati, primum Argentinensem Ecclesiam pie & prudenter administraverat. Sed ante annis duobus.

44. 28. Adolphus ex genere Nassovio, primum Spirensis post Moguntinensis Praesul. Adversarium habuit Lodoicum Ministri Marchionem, Episcopum Bambergensem. De quo narratur, quod dum prater sui status decentiam insolentius choreas ageret, igne caelestis divinitus percussus fuerit. Itaque eo mortuo, in pace suam cathedram Adolphus administravit, usque ad annum M.CCC.XC.

45. 29. Conradus II. Natus tranquillus & pacificus, multum pro Ecclesiae immunitate laboravit. Rexit usque ad annum M.CCC.XCV.

46. 30. Joannes II. magno ingenio Praesul, ac studiorum amator eximius. Hausturam haereticum summo conatu compescuit. Insuper, ut deposito Imperatore Venceslao, qui vitias ac simul hausturam aequo deditus erat, alius eligeretur quod & contigit. Multa praeterea gessit, usque ad annum M.CCC.XX. quo mortuus est.

47. 31. Conradus III. difficillimis temporibus praesuit annis 15.

48. 32. Theodericus. Ad Ecclesiae Moguntinae regimen aditus anno M.CCCC.XXXV. Diffidit Moguntinensium componendis sedulo inquit Praesul modestus & pius, ac admodum frugalis, ita ut cereis, quorum in aula usus erat, defullantem ceram colligeret, & exinde alios conficere. Tanta in illius Palatio erat rorum honestas, ut quidam veluti paradisi videretur. Obiit anno M.CCCC.LIX.

49. 33. Dietherus primum, Anno M.CCCC.LXX. a Pio II. Pontifice dignitate sua privatus est, biennio post.

50. 34. Adolphus II. electus in Archiepiscopum: eum Diethero deposito concordiam inivit, & vixit usque ad annum M.CCCC.LXXV.

Dietherus secundo, post Adolphi mortem a Capitulo Metropolitano postulatus Praesul, annis sex, mensibus totidem, bene praesuit. Construxit novam arcem Moguntiae, & universitatem generalis studii primum ibidem instituit, atque a Pontifice confirmari fecit.

51. 35. Albertus I. qui ab aliis Adelbertus III. Adolefens vixit innocue, post biennalem cathedrae administrationem naturae moribus exolvit.

52. 36. Bertholdus. Ex Decano Moguntinensi factus

Archiepiscopus, auctor fuit, ut Spirensis tribunal ad iudicandum Imperii lites excitaretur. Pacis fuit amantissimus. Praesedit usque ad annum M.D.V.

53. 37. Jacobus, primum Decanus, postea Praesul. Probatae doctrina, & virginitate excellit. Culpam, quod ad iudicandum taxillorum esset propensior. Rexit annis quatuor.

54. 38. Uriel, Legum Doctor, rari prudens Episcopus. Sedis annos quatuor, menses totidem, defunctus aetatis suae anno 45. qui Christi MXXV.

55. 39. Albertus II. qui & Adelbertus IV. filius Electoris Brandeburgici, omnium votis in Metropolitanum electus. Hoc Praesule cepit infans Ladetus Monachus Augustinianus, malitiae adversus Ecclesiae dogmata moliri; cuius insolentiam, quantum potuit, comprimere laboravit Albertus, quamvis non valuerit motos componere fluctus. Tandem aditus in numerum S.R.E. Cardinalium cooptatus. Postquam Comitis Sirensibus a Carolo V. Imperatore indictis interfussit, ad Pastorum principem hinc emigravit, anno M.D.V. Kal. Octobris.

56. 40. Sebastianus, Juris Caesarei Doctor, temperantiae & pietatis notum passim confectus fuit. Virtutis merito ad hunc thronum sublatus, omnes nervos contulit, ut Ecclesiam suam aere alieno gravatam, novisque erroribus implicatam sublevaret, & Germaniam a bello intestino liberaret. Pluribus super eare Comitis indictis interfussit, & seclis ad laboravit, ut Capitulum aliquod Generale, fopidens novis erroribus, auctoritate Sedis Apostolicae celebraretur. Quod & Tridentis factum fuit. Inter inter fluctuantem Germaniam procellas dum intrepidè clavo assidit, munere cum vita defunctus 17. Martii M.D.LXV. postquam annis 9. & mensibus 4. praesidisset.

57. 41. Daniel, Litterarum studiosus ab incunabulis traditus, Scholasticus Spirensis effectus, ac variis legationibus cum laude perfundus fuit. Tandem ad hanc cathedram evedas eidem reformandae, optimisque moribus stabilendae incubuit. Quo nomine cum videret Ecclesiam suam a Lutherae infestari, evocavit Moguntiam Clericos, non ita primum ab Ignatio Lojola institutos, eisque domicilium assignavit. Duos Romanorum Reges elegit & duxit. Nempè Maximilianum II. anno M.D.LXX. & Rudolphum nuper defunctum anno M.D.LXXV. Fuit pacis amantissimus, totus ad modestiam compositus, maximo Catholicae religionis zelo effervefcentis. Cujus encomium Turperus & alii literis tradiderunt. Ecclesiam suam annis 27. optime rexit, vixitque inculpata transecta, in pace suam desiderio sui relicto, anno M.D.LXXXII. 22. Martii.

58. 42. VVolphgangus, insigni facundia Praesul, diu restitit, ne ad hunc honoris apicem creberetur. Gravia quae Imperio imminabant dissidia, cum propter Novatorum Aquilgranensium contra Catholicos diffensionem, tum propter Gebhardi gubernatissimi Colonienfis Electoris defensionem, in Comitis Augustiani componere laboravit, & Catholicorum partes egregie tuans est. Tandem laborum & meritorum picus est vita discessit anno M.D.C.I. die quinta Aprilis.

59. 43. Joannes Adamus. Quere nobilis, sed virtute & litterarum nobilior. Veri Pastoris munus, usque ad annum M.D.C.V. in Episcopali functione executus fuit. Quod morte praeventus deposit.

60. 44. Joannes Schvircardus a Cronemberch, Sacris & secularibus Litteris eruditus, per varios Ecclesiasticarum dignitatum gradus ad hoc fastigium ascendit 17. Februarii 1604. Hic Vir, si vultus alius, hae Praeturae dignus, prout multa non ita pridem ab eo praetare gesta fidem indubitanter faciunt. Excepti eum nuper Belgium, magnatum rerum molimina ad Principem Albertum deferentem, eisque consiliis res Austriae in Germania firmantur. Obiit Alchafenburgi anno 1626. aetatis 73. cum sedisset annis 22. menses sex, dies 26. Corpus eius Moguntiae sepultum.

61. 45. Georgius Fridericus Grefsenclavv a Vol. successit, qui cum sedisset annos duos, menses octo, dies 18. obiit Alchafenburgi anno 1629. aetatis 56.

62. 46. Anselmus Casimirus VVambolt ab Umbt, hodie feliciter regit: donet ei Deus Ecclesiae suae diu praeside, & prodesse.

EPISCOPI CHURIENSES.

Episcopus Churensis vel Churiensis, in Rhetis, unus ex vetustissimis Germaniae Episcopatibus, cepit circa annum

A annum Christianae redemptionis 440. Hujus primum Episcopatum contendunt aliqui fuisse S. Lucium: sed numerus annorum non convenit.

Lucium hunc aliqui regio summam apud Britannos ortum & natum esse affirmant, quoniamque esse ad Christianam fidem, an. Christi 76. imperante Marco Antonino. Venisse autem illum ex Britannia concionaretur, & eos ad Christum converteret. Idem illi primum fuisse Salisburgi, postea Augustae Vandelicorum: ubi cum ejiceretur ab infidelibus, dicitur Churam cum honore S. Eremiae transfugisse, ubi cum eadem concionaretur, ab infidelibus tum Rhetis caesi, & martyri coronati sunt S. Lucius, & S. Eremitas; S. Lucius Churæ in Martiacastro, S. Eremia apud Thimontium.

Alii (quorum sententia mihi verior) istum primum Bavariarum ac Rhetorum doctorem, Lucium Cyrenarum fuisse judicant; Simonis boni illius feni (qui Christi Crucem portabat) filium. Hunc, doctorem de cruce Christo predicasse Rationem ad Danubium, certum est. Inde fortassis Salisburgum & Augustam, & Churam etiam tandem pervenit.

Est Chura extra urbis muros: coenobium S. Lucii pervenit, in vitifero colle situm, quod ab eo cepit & Oratorii loco conditum ajunt. Episcopi vero qui Churiensi Sedi praesuerunt usque ad an. 1500. tali serie ac ordine numerantur.

1. Almo, interfuit Chalcedonenf Concilio, Leone primo Pontificatum, Valentiano vero & Martino Imperium tenentibus, an. Domini 452. In primo Tomo Conciliorum fol. 363. fit hujus Episcopalis mentio.

2. Puricus, alius Pruricus, secundus Churiensis Episcopus, cujus temporibus legitur S. Fridolinus fuisse Chura, qui templum S. Hilarii condidit, quod nunc D. Martino dicatum est.

3. Claudianus.

4. Ursicinus, alius Viscinus.

5. Sidonius.

6. Eddo: horum omnium & multorum subsequentium sola superiur nomina.

7. Valentinianus, obiit septuagenarius 8. Septemb. Indictione 11. Sepelitur apud S. Lucium Churae in perveteri Coenobio, ut testatur verus inscriptio Cypriae ejus templi: quod monumentum constituit et Paulinus successit.

8. Paulinus Valentiniani ex fratre nepos, Episcopus egregie doctus.

9. Theodorus.

10. Verendarius.

11. Constantius.

12. Ruthardus, alius Luidardus.

13. Baldebertus, praesuit anno Christi 720. Sub hujus Antifitis gubernatione ceptum & inchoatum est a S. Pirminio Monasterium Fabarianum, Ordinis D. Benedicti, supra Majeseldum in Alpibus Rhetiae, paululum a Rheno situm.

14. Paschalis, Comes Brigantinus, Vigili Praesidis Rhetiae filius, relicta seculari vita, & abdicata conjugio, constituitur Episcopus Churensis: fundavit Monasterium Virginum in Tumiliaca supra Rhenum.

15. Victor, legitimus filius Paschalis Episcopi & dominae Efopejae, successit patri in Episcopatum gubernatione. Verus fundator una cum parente suo Monasterii virginum in Khaecis an. Christi 760.

16. Vigilius Comes Brigantinus, Jarati Comitis ac regii praesidis in Rhetia filius.

17. Thello, Victoris Rhetici Tyranni, qui S. Placidium apud Disertinam interfecit fecit, filius. Vixit Pipini Galliarum regis temporibus. Condidit & extruxit Cathedralium Ecclesiam Churiensem, quae ad hanc notra usque tempora illata mansit aedificata. Dotavit Disertinense Monasterium. Obiit anno Christianae redemptionis 784.

18. Constantius successit Thelloni, an. 784. Huic Carolus Magnus dedit Parochiam Seledadianam in Alstata; quam donatione postea Imperator Ludovicus Pius confirmavit.

19. Remigius, alius Remedius, praesuit anno Christi 813. & adhuc anno Christianae felicitatis 822. sub Imperatore Ludovico Pio.

20. Victor Secundus, doctus & eloquens Episcopus, quod testantur supplices litterae & orationes contra Rodericum & Herloinum Comites, Episcopus quaedam bona per vim tenentes, ad Ludovicum Imperatorem scripserat, quae adhuc extant. Obiit anno 825.

21. Verendarius, antea Episcopi Victoris Vicarius, saepe E Orator & legatus ad Ludovicum Imperatorem missus, successit. Hunc in suam accepit Imperator Ludovicus, an. Dom. 826. protectionem. Dejectus est tamen an. Christi 833. a seditionis filii Imperatoris, Retinuit post pauculos menses ab ipso Ludovico, est vinculis filiorum liberato. Vixit adhuc an. Dom. 844. quo privilegia a Lothario Caesare est consequutus.

22. Efo, vel Hefo, aut Hefo: accepit privilegia a rege Ludovico an. Christi 849. & iterum an. 872. Vixit adhuc an. gratiae 879.

23. Rotharius successit Efsioni. Huic Carolus Crassus Galliarum rex dedit ditionem, & villam Fluminis, an. Dom. 881. Obiit an. 887.

24. Theodolphus, sive Dietholphus, eligite ann. Christi 887. a Clero Churensi: Confirmavit an. 888. ab Imperatore Arnulpho. Interfuit Triburgensi Concilio prope Moguntiam, ab eodem Arnolpho celebrato, an. Christi 895. An. Dom. 913. privilegium quorundam confirmationem obtinuit apud Conradum Imp.

25. Vvaldo eligitur an. 914. Huic dedit Conradus rex Disertinense Monasterium in Rhetia situm: Eidem dedit privilegia Henricus Auceps, an. 921. Vormaciae. Otho Magnus dono dedit ei Pludentium oppidulum Drusianae vallis, an. Dom. 940. obiit tandem an. 948. cum triginta annis laudabiliter praesidisset.

26. Harobertus successit Vvaldoni, an. 948. Episcopus iste his temporibus per irruptiones Saracenorum multis damnis est affectus, iteque dedit Imperator Otho Episcopatum quaedam praedia in Zizers pago, & in Alstata. Obiit anno 969. cum laudabiliter praesidisset annis uno & viginti.

27. Hildiboldus eligitur statim post mortem Haroberti. Huic dedit Imperator Otho Secundus, an. Christi 980. perpetuo possidendam pensionem vestigialium pontis Clavenensis in Pragallia, Otho Tertius dedit eidem Privilegia, an. 988.

28. Vvaldo II. alius Vvalcho dicitur, successit. Hujus temporibus dono dedit Otho Tertius Episcopatum & Ecclesiam Churensis viciniam in Pragallia sitam, cum omnibus ad id pertinentibus bonis & redditibus, an. Christi Sal. 995.

29. Henricus non diu praesuit. Aliqui vero Catalogi eum Ultricum, alii Urberum appellant.

30. Rupernus successit Henrico. Obiit an. 1005.

31. Ulicus constituitur Episcopus an. 1005. consequutus est privilegia ab Imperatore Henrico II. an. Dom. 1015.

32. Hartmannus, sive Artemannus, Baro de Plana terra, successit. Fuera prus Monachus Benedictini instituti apud Einsidlen, & deinde Abbas Fabarianus, inde Churam accitus est. Huic privilegia dedit Conradus Secundus, an. Dom. 1030. & iterum Ulmae an. Chr. 1037. Obiit in Decemb. an. 1039.

33. Diethmarus Churensi Episcopatu praesertitur ipis Calend. Febr. anni a nato Christo 1040. Obiit an. Chr. 1070. cum triginta annis & laudabiliter ac utilissimè praesidisset.

34. Henricus prus Monachus civitatis Augiae, eligitur in Episcopum, an. Dom. 1070. Praesuit annis octo, obiit an. 1078. Interfuit an. Chr. 1074. Concilio Moguntino.

35. Nordembertus, alius Volsperus, Comes a Summutorio, Bavarus: summi prus Canonicoorum Augustinensium senatus praepositus, homo mire ambitiosus & gloria cupidus, venit an. Dom. 1079. ad possessionem ac gubernaculum Episcopatus Churensis, non per legitime vocationis, aut electionis, sed per Simoniace pravitate emulicos, largitionibus videlicet ac muneribus. Praesuit sex annis utiliter: & in Synodo Quedlinburg congregata, ab Hermann Saxonum duce post Rodolphum, ab Episcopo quibusdam in Imp. electo, an. 1087. ex Episcopatu deturbatur. Is postea aedificat de suis Monasterium Heppacenie, ubi vitam finivit anno 1087. Huic aliqui Scriptores successisse affirmant Heribertum quandam, sed cum ab Henrico IV. mox iterum esse ejectum: Postea Abbatem quandam Campidonensem, Eberhardum nomine, donec tandem ab Henrico Imp. designaretur verus Episcopus, quem Romanus Pontifex confirmavit.

36. Oldaricus anno Domini 1102. Qui ab ipso Imperatore Henrico IV. eodem anno a legatus Romam cum Archiepiscopis Brunone Treverensi, & Henrico Magdenburgensi, & Episcopis Othone Bambergensi, & Eberhardo Eistertensi, ad impetrandam a Paschali Secundo Henrici V. coronationem.

37. Vvido, vel Guido Svevus & Canonicus Augustanus successit Oldarico. Interfuit anno Domini 1114. comitis Basilienfis.

A silensibus. Ubi ab Henrico V. confirmationem privilegiorum suorum consequutus est.

38. Conradus Comes à Bibregk, Suevus, Canonicus Augustanus, Churensis, & Constantiensis, Henrici V. temporibus in Episcopum Churensis electus & confirmatus est. Huic Lotharius Saxo privilegium dedit anno 1139. Fundavit monasterium Pramonstrense.

39. Conradus II. successit. Et consequutus est omnium suorum privilegiorum confirmationem ab Imperatore Frederico Barbarossa, anno Domini 1165.

40. Adalgotus Urberus, quem aliqui Analgotum, Monachus prius Claryvalensis; eligitur post Conradum Secundum. Fuit insignis Oeconomus; & Monasterium S. Lucii extra muros Churensis sibi, Kezelm in Tumilaica, Scandinensis in Gallernis, & S. Marie montis in Athesina provincia summus illustratur. In cœnobio montis S. Marie inventitur adhuc in crypta templi ab eo consecrata, tale monumentum

Præfuit Adalgotus ab cuncta decemta promptus, Consecrat hanc cryptam, divinis visibus aptam.

B 41. Eginus successit Adolgoro, sed quo anno, ignoratur. Hic primus Episcopus Churensis à Frederico Barbarossa princeps est salutatus & habitus, ob insignes suas virtutes, & singularem fidem Frederico datam, & fideliter præstitam. Obiit an. 1174.

42. Ulrichus Baro à Degernfeld, Abbas prius ad S. Gallum octo annis, consequutus est ad Abbatie possessionem, cui 33. annis fideliter & laudabiliter præfuit, Episcopatum etiam Churensis à Frederico Barbarossa, an. Dom. 1174. Sedit Churensis octo annis: & an. Dom. 1182. Episcopatum resignavit, retenta Sangallensis Abbatie possessione. Cujus etiam Abbatie magistrum se abdicavit, senio confectus, an. 1199. quo huic quoque mortali vite colophonem imposuit.

43. Bruno eligitur an. Dom. 1182. Nihil de eo invenio, quam has barbaras voces, Parum episcopavit: Id est non diu sedit.

44. Henricus Canonicus Churensis & Salisburgensis, eligitur anno Dom. 1183. Hujus Episcopi temporibus dono dedit & obtulit, anno Domini 1194. nobilis quidam Heros Rüdigerus à Lymbach, in presentia Henrici VI. S. Lucio Churensis, Parochiam Benedutensem, jam præpositum in dextra Rheni supra Feldkirchium firmavit.

45. Rainhardus successit Henrico Antistiti. Is præfuit anno Domini 1201. & consequutus est immunitates quasdam, & suorum privilegiorum confirmationem, ann. Dom. 1209. ab Imp. Othone IV.

46. Ardoldus Comes Metensis, sive de Amasia.

47. Henricus Comes de Rhetia alta, Canonicus Churensis.

48. Albertus Præpositus Constantiæ ad S. Stephanum: per discordiam electi altercati sunt inter se de possessione Episcopatus, donec in biennii spatio ambo morerentur, & ita contentioni imponeretur finis.

49. Rudolphus Baro à Guringen, Abbas prius Sangallensis, largitionibus Episcopatum Churensis impetravit an. 1215. Cum autem impertus esset Oeconomus, & multa inutiliter absumeret, à suis reprehensus, Imp. Fredericum accedere, & ejus opem contra illos implorare decreverat. Sed in eo itinere gravi morbo correptus, Romæ ex hac vita emigravit 17. Septembr. an. 1226. Sepelitur apud S. Joannem in Laterano.

D 50. Bertholdus Canonicus Constantiensis, eligitur Episcopus Churensis, anno 1226. Præfuit 7. annis: Interfuit in Ruanensi pago, anno Domini 1233.

51. Ulrichus Comes Kiburgius, Hartmanni frater, aliquandiu Coadjutor Bertholdi Episcopi, eligitur Episcopus anno Domini 1233. Præfuit 4. annis, primus fundator S. Montis prope Vitodurum: obiit anno 1237.

52. Valcardus à Nyuvemburg, eligitur anno 1237. Donatur privilegiis anno 1239. à Frederico Secundo, & iterum an. 1249. Bene & laudabiliter præfuit annis quatuordecim. Moritur anno Domini 1251.

53. Henricus Comes à Monteforti, eligitur anno Christi 1215. Præfuit utilissimus, & summa cum laude annis uno & viginti: Vicit ingenti prælio Longobardos, anno 1255. prope superius Amium, obiit anno gratiæ 1272.

54. Conradus Baro à Bellomonte, eligitur an. sal. 1272. Præfuit annis decem: Impetravit Privilegia à Rudolpho Habspurgio, an. 1275. Profecturus an. Do. 1282. ad Synodum Moguntinam, obiit in itinere: sepelitur in cœnobio Montis S. Marie.

55. Fredericus comes de Monteforti, eligitur anno 1282. Advitit fratrem Gulielmum bella gerentem contra Rudol-

phum regem: at infeliciter, nam captus à Vverderbergenf Co. E. mite Hugone, anno 1283. per biennium detentus est in custodia arcis Vverderbergenf: inde aliquando aufugere volens, mappis ac lodicibus cæcis, pro finibus utens, & per fenestras è summa turri se demittens, cum media jam turris parte descendisset, laceratis & confractis finibus, in terram decidit, & ea nocte adhuc expiravit, anno Christi 1283.

56. Ulrichus eligitur anno 1285.

57. Bertoldus II. successit. Præfuit adhuc anno 1299. quo in gratiam rediisse legitur cum Joanne quodam Barone de Vacca.

58. Sifridus Baro de Fluminea, eligitur post Bertoldum, ab Alberto Austria Imp. privilegiorum confirmationem impetravit, ann. 1306. & iterum ab Henrico VII. ann. Chr. 1310. Is plenus dierum, resignavit Episcopatum Rudolpho Montfortio, ipse verò in cœnobium Geilhausen concedens, ibi vitam monasticam agens, post paucos menses ex hac vita emigravit.

59. Rudolphus Comes Montis-fortis, Episcopus Constantiensis, & administrator Churensis, an. 1323. & aliquot sequentibus: Arbona sepultus.

60. Hermannus Baro ab Eichenbach & Arbona, Monachus R. Einfdienfis, postea Abbas apud Fabarium, tandem etiam Episcopus apud Churam Rhetie.

61. Joannes auditor Rote in Curia Romana: præfuit annis 1327. & 1328. Nihil aliud de eo habetur, quam fuisse eum amicum cleri, & trucidatum esse an. 1332.

62. Ulrichus à Lentzenburg, Magister Theologiae & Ordinis Heremitarum, vir strenuus, dicitur Scultetus, eligitur anno Domini 1332. Præfuit viginti tribus annis, obiit anno Domini 1355. apud Sarunetium: fuit egregius bellator.

63. Petrus natione Bohemus, Curialis antea Romæ: eligitur in Episcopum Churensis, an. 1355. Præfuit 14. an. & in Moraviam advocatus, Olomuntinus Episcopus designatus est, ubi proximo an. obiit, videlicet an. Dom. 1369. Huic Carolus IV. Imp. dedit potestatem eundem obolos in valore Augustanorum, Noribergæ, an. 1360. & vestigial Churensis duplicavit.

64. Fredericus à Nevezingen, Cancellarius Leopoldi Austriae ducis, eligitur an. 1369. in Episcopum Churensis: ibi cum præfuit octo pene annis, ad Brizensis Episcopatus gubernationem promotus anno Christi 1376.

65. Joannes Alberti Austriae ducis Cancellarius, eligitur an. 1377. Antulit secum in promptis pecuniis thesaurum 8. millium aureorum, quibus multa castra redemit. Præfuit 12. annis laudabiliter, ita ut restitueret dilecti Oeconomiæ administratione Episcopatum utilitatem potentie ac dignitati. Decessit, an. 1389.

66. Hartmannus Comes de Vverderberg, antea Ordinis Joannitarum: eligitur in Episcopum Churensis, an. 1389. præfuit 26. annis, obiit Chure an. 1416. ubi etiam sepultus est. Erat contentiosus & bellator. Sub hoc Episcopo dono dedit Churensi Ecclesie perpetuo possidendam totam vallem Telinam in qua nascuntur

O! toties laudata tibi dulcissima vina Rhetica, ab Augusto Livia belatino:

Multas insuper arces & agros, anno 1404.

67. Joannes Abundi, dicitur Naio, eligitur in Episcopum Rhetie Churensis an. Christi 1416. Præfuit viginti quatuor annis. Interfuit Concilio Constantiensi: inchoavit confederationem cum Helvetiis, an. Christi 1419. Obiit anno 1440. Ab hoc Joanne Episcopo petit feudorum collationem, & investituram Fredericus Austriae, an. 1426.

68. Conradus à Rechberg Suevus, præpositus Constantiensis, designatur Episcopus Churensis an. 1440. Præfuit quatuor annis, & resignans, Constantiam ad suam præposituram rediit.

69. Henricus Baro ab Heuvven, Episcopus antea Constantiensis, assumitur ad gubernandam etiam Rhetiam Churensis anno Domini 1444. Præfuit Churensi sed 10. annis, Constantiensi verò 36. Dejectus est à Churensi Episcopatu an. 1454. Investitur feudis officii pincernarum, & comitatus Tirolensis, anno 1446. Sigismundum Austriae Archiducem Obiit tandem Constantiæ anno Domini 1472.

70. Leonhardus, prius Austriae ducum Cancellarius, eligitur anno 1454. Præfuit quinque annis, obiit an. Dom. 1459.

71. Ortlebo Baro de Brandis, eligitur an. 1459. Præfuit triginta duobus annis, obiit an. Dom. 1491. Is investitur feudis officii pincernarum & provinciarum ad comitatum Tyrolentium pertinentium, Sigismundum, Austriae, Styriae & Carinthiae ducem, an. Dom. 1460. Sub ejus gubernatione perit incendio, & confagravit tota Chura, an. 1464. exceptis tribus Monasteriis.

72. Hen-

A 72. Henricus Sextus, Baro ab Heuvven, eligitur an. 1491. Præfuit 12. annis cum summa difficultate, & resignavit, & paulo post obiit Furttemberg anno Domini 1530.

73. Paulus Zielesus à Zneibergo. Præfuit Episcopatu Churensi inter maximas difficultates, ac subditorum suorum molestias & injurias infinitas, annis 38. in quibus multa indigna perpessus est à seditionis suis, & rebellibus rusticis; quorum furori tandem cedens, ad Furttembergum Athesinae provincia artem fecisset, ubi in morte confectus, subitanea morte tandem ex hac vita emigravit, anno Dom. 1541.

74. Lucius Iter, nobilis Rhetus: artium Philologiae Magister Colonienfis, de quo non incommode dicere quis posset vetus illud Poetae:

Ingenio magnus, corpore parvus erat.

Præpositus antea Basilicae Churensis, eligitur quinta Octob. anni à nato Christo 1541. in Episcopum Chure Rheticae, & Rhetia Churensis. Accepit privilegia à rege Ferdinando 27. Februarii, an. 1543. Noribergæ. Ab eo accepit investituram feudorum Divis Ferdinandus Rom. Hungariae & Bohemiae rex, Divi Caroli V. Imp. frater, anno Domini 1548.

B **EPISCOPI VINDONISSENSIS, ET CONSTANTIENSIS.**

Constantiensis Episcopus non Constantia, sed in Ergovia apud veterem Vindonissam cepit, in confluxu Araris ac Ruffæ, insignium fluviorum: sub Clodoveo Galliarum rege primo ad Christum converso, & S. Remigii manibus baptizato. Ejus gubernatores ac antistes penè ad hanc nostram usque tempora hinc numerantur.

1. S. Beatus à S. Petro constitutus.

2. S. Paternus, Martyr, alias Paternus.

3. S. Lando, Lando, vel Lindo: Hos nominat Petrus de Natalibus in suo Diario.

4. Babucius seu Boulico. Is interfuit Concilio Epaonenfi, quod celebratum est, annis Christi circiter 498. ibi sic subscriptus, Babucius Episcopus Vindonissensis.

5. Grammaticus: interfuit Concilio Aurelianensi, in Gallias celebrato, anno Domini 546. Is etiam subscripsit Episcopum Vindonissensem.

6. S. Maximus vel Maximinus. Vixit Clotarii secundi & Dagoberti Magni, patris scilicet, & filii, potentissimorum Galliarum regum, temporibus. Et hunc Clotarius rex transfudit veteri Vindonissa in regiam Villam Constantiam, à Constantino primo, Imp. Aug. extruxit cepit: id factum circa annum Domini 570. Sic Maximus iste ultimus Vindonissensis, & primus Episcopus Constantiensis dici potest.

7. Rudolphus, alibi Rudoldus dicitur.

8. Ursinus.

9. Gaudentius, qui obiit anno Christi 618.

10. Martinus, ab aliquibus *Martianus*, ab aliis *Marianus* dicitur: Hujus temporibus circumscriptis certis suis limitibus Dagobertus Episcopus Constantiensem, ut habetur adhuc in Bulla Frederici Barbarossæ. Huic dedit etiam idem rex multa insignia privilegia, quibus hodie adhuc utitur Ecclesia Constantiensis. Id factum est anno Christi 633.

11. Joannes, propter summam vite innocentiam, Beatus appellatus, discipulus S. Galli Sævi Heremite, & concionatoris accolorum lacus Aconiani; qui cum ipse ad gubernationem Constantiensis Ecclesie vocaretur, honorem oblatum humillimè deprecatus, hunc Joannem charissimum suum amicum ac sodalem ipse in urbem ducens, Ecclesie commendavit. Anno 650.

12. Obhardus, Bosso cognominatus.

13. Pictavius.

14. Severus, vel Severinus.

15. Astropius, vel Astrovius.

16. Joannes secundus: hunc alii Hannum appellant.

17. Ruffo, alii Rufus dicitur.

18. Audonius, vel Audonius: Hujus meminit Hermannus Contractus: obiit anno Domini 736.

19. Ernfridus, alii Anefridus & Austridus, eligitur an. 736. à rege Carolo Martello. Erat prius Abbas Divitis Augustie in loco Veneto. Præfuit Episcopus 10. ann. & obiit an. 746.

20. Sidonius, vel Sinodius, accepit baculum pastoralem anno 746. Præfuit 14. annis, obiit dysenteria, in templo Sangallensi, anno 760. Homo ambitiosus & avarus.

21. Joann. Monachus Divitis Augustie, successit Sidonio in gubernatione non Episcopatus tantum, sed & utriusque Ab-

batie, cui Sidonius etiam præfuerat: electus à rege Pipino. E. Præfuit sapienter ac utiliter annis penè 22. Obiit an. Dom. 781.

22. Eginus eligitur anno Domini 781. Præfuit annis 32. obiit anno gratiæ 813. Reliquit post se Crucem habentem puri auri 50. marcas, argenti verò 35. & pretiosissimas gemmas, cum hac inscriptione:

Hoc tropheum Christi Eginus pro luce perenni, Virgo Maria, tuo sacro dicavit honori: Cui prece quæso tua tribuantur regna Polorum.

Hæc crux postea anno Domini 1476. ab Episcopo Hermanno de Landenberg, aucta & renovata, & tota aurea facta est, cum tali inscriptione:

Hæc crux argento tribuit quam præfuit Eginus, Auro commutata datur, nunc sit renovata.

23. Vvolfoleon Eginonis Episcopi ex fratre nepos, Monachus antea Sangallensis, qui Episcopus factus, præfuit Constantiæ ann. 18. obiit anno Domini 831. Stumpsius Helvetiorum Chronographus, hic Theodorum quendam inserit, qui Basilicam Tigrinam à Carolo Magno fundatam consecravit: illum ego non Episcopum, sed Suffraganeum fuisse arbitror.

24. Salomon, vir pius, mitis ac pacificus & bonus gubernator, eligitur anno Domini 831. Præfuit summa cum laude ann. 42. obiit anno Domini 873. Constituit, antequam designaretur Episcopus, collegium Regularium Canonicorum in honorem S. Stephani, in pago suorum parentum, à se Salmonfachi appellato. Id collegium postea Episcopus factus, ex Thurgovia in urbem Constantiensem transtulit, in Parochiam S. Nicolai, quæ jam S. Stephani Cathedralis Basilica. Ad hunc scripsit Epistolam Pontifex Max. Nicolaus primus, quæ extat in *Decretis Cap. Scilicetatur, &c.*

25. Bathego succedens Salomoni, præfuit quatuor an. quibus maxima fuit anno hæc difficultas. Obiit an. Christiana sal. 877.

26. S. Gebhardus electus est post Bathegonem, an. Domini 878. Præfuit quietè quatuor annis: vir pius & religiosissimus: postea cum Normanni & Gallia & Germanie extremam imminerent vastationem, ipse etiam pio affectu tendæ patriæ, & pugnandi pro aris & focis, cum aliis Principibus ad arcendos & prohibendos ejusmodi grassatores à Germania, profectus: ab hostibus infidelibus captus, & trucidatus est, anno Christi 883.

27. Salomon II. Gebhardo Martyri Dei subrogatus est anno Christi 883. Præfuit 16. annis. Obiit anno Domini 891.

28. Salomon III. Comes vel Baro à Ramichuwig, cujus familie hodie adhuc nobiles heroes in Rhetia habitant, Divo Ferdinando regi à summis consiliis. Is primus Monachus Sangalli fuit. Ex monacho factus est Imperatoris Ludovici secundi Sacellanus, post cujus mortem sequentibus etiam Imp. quatuor servavit, quibus omnibus longè charissimus fuit. Constituitur ab Arnolphi Imperatore Episcopus etiam Constantiensis, an. Dom. 891. ubi unanimi totius cleri consensu cum summo gaudio acceptus est. Præfuit ibi 29. annis, & laudabiliter & utiliter, Donavit & illustravit liberalissimè ac copiosissimè Ecclesiam Cathedralen, multis aureis, & argenteis clinodiis, plurimis item optimis libris, pretiosissimis vestibus, pagis item integris & annuis proventus maximis. Impetravit item non veterum solum ab Imperatoribus privilegiorum confirmationem, sed & nova privilegia. Obiit an. 919.

29. Notingus concordibus totius cleri Constantiensis suffragis è Sangallensi monasterio ad Episcopatum gubernationem evocatus est, statim post mortuum Salomonem. Præfuit autem 15. annis optimè. Erat Episcopus eximie doctus, qui & soluta & ligata oratione plurima scripsit, & omnes Evangelicas commentariis illustravit. Fuit idem etiam multarum insignium cantionum autor, quarum adhuc usus est in Constantiensi Ecclesia. Obiit tandem anno 935.

30. S. Conradus à Noringo Episcopo educatus, & liberalissimè institutus, post præceptoris ac alumni sui mortem unanimi totius cleri, tum populi Constantiensis consensu postulatur, & eligitur an. 935. Præfuit summa cum laude an. 42. In quibus Constantiam plurimis præclaris aedificiis ac templis egregiè illustravit, omne suum patrimonium in hoc unum studium conferens. Obiit tandem plenus dierum postriedie S. Catharinae, anno Domini 976. Othone secundo Imp. Rom. presidente.

31. Gaminolphus successit S. Conrado: præfuit benè & laudabiliter 4. annis & valedixit vite mortalium anno Christiana salus 980.

32. Gebhardus secundus hujus nominis, alius Eberhardus tamen dictus, Comes Brigantinus, post mortem matris ex utero celsus: vir doctus, pius ac facundus, eligitur anno Domini 980. Praefuit laudabiliter annis sedecim: Obiit an. 996. Fundavit Collegium etiam Canoniorum Zurzachii, quod etiam annis proventus dotavit.

33. Lambertus Monachus Petershusanus, imprimis religiosus & honestus, eligitur Episcopus Constantiensis uno omnium Canoniorum ore, an. 996. praefuit prudenter & utiliter 13. an. obiit phthiriasi an. 1009. Hujus Lambertus temporibus, vixit in Sangallensi cenobio Hermannus Contractus, Comes Veringensis, Vvolfredus ex Hiltrude filius, monachus eximie doctus, Poeta, Orator, Astronomus, Musicus & Chronographus insignis.

34. Rodhardus, alius Richardus, successit Lamberto, electus a toto clero Constantiensis: praefuit 4. annis, S. Henrico Imp. tam charus, ut ferè semper cum secum haberet in aula sua. Obiit peste anno Dom. 1013.

35. Haymo eligitur statim post auditam & perceptam mortem Rodhardi, praefuit pie & laudabiliter summa cum prudentia an. 13. Obiit paralyti an. Dom. 1026. die decima octava Martii.

36. Vvermannus Comes Dillingensis & Kiburgus, Divitis Augia monachus, substituitur mortuo Haymoni, an. Dom. 1026. Erat insigni doctrina & sapientia praeditus, ita ut commendaretur ei eruditissimus Hermannus dux Sveviae: praefuit ille sapienter & utilissimè octo annis, decessit ex hac vita an. 1034.

37. Eberhardus Comes à Dillingen & Kiburgk, Germanus frater Episcopi Vvermannii, praeficitur Episcopatu anno Dom. 1034. bene & laudabiliter praefuit an. 12.

38. Theodoricus Cancellarius prius & Archiepiscopus Henrici Imperatoris, praeposuit item Aquigrani & Spira: eligitur post fata Eberhardi, an. 1047. annuente & postulante Imperatore Henrico tertio, cui longè erat charissimus. Praefuit 4. annis: decessit 22. Junii, anno 1051.

39. Rumoldus, alius Grimoldus, praeposuit antea Goslarie in Saxonia. Eligatur impulsu Imp. Henrici III. an. saluti 1051. Praefuit an. 17. Erat homo natura paulo contentiosior, aliquo pietate & animi dexteritate eximia praeditus: sub hoc Episcopo concidit an. Dom. 1052. summum templum Constantiensis, quod ab hoc Rumoldo egregie, & pulchritus, & fortius quam antea iustitratum, & exedificatum ac consecratum est. Extrat in decreto epistola ab Alexandro secundo ad hunc Episcopatum (quem Grimoldum vocat) scripta *Cap. S.olicitudo, Dissimulatio*, 52. Obiit an. 1069.

40. Carolus genitè Thuringus, Canonicus Magdeburgensis, ab Henrico IV. rege constituitur aut intruditur potius, sine Capituli consensu, an. 1069. Accusatus ob Simoniam à Canoniorum suorum senatu Romae apud Pont. Alexandrum II. iussu ac mandato ejus Moguntiam vocatur, ubi in congregata Synodo, praesente Henrico IV. qui defensus Carolum, cum eo Moguntiam descendit, exauctoratur: cum praefuisset 2. annis id factum est an. 1071. Mense Aug.

41. Otho Canonicus Goslarie in hac ipsa Synodo Moguntina, exauctorato Carolo, ab Henrico IV. substituitur, qui habebat eum secum Moguntia. Ordinatur igitur, confirmatur & consecratur mox in praesentia Regis & convocatorum Episcoporum à Siegfrido Archiepiscopo. Post consecrationem ablegavit eum rex Constantiam, dicens familiaribus suis, Constantiensis noluisse retinere sapientia & doctrina instructi Episcopum (Carolum illum) habere ergo jam fatum istum. Praefuit 3. an. & Gregorii VII. mandato pellitur. Deturbatus itaque & eiectus, Basilicam concedens, reliquum vitae ibi absolvit: ubi & mortuus & terra mandatus est.

42. Gebhardus tertius hujus nominis, dux Zeringensis, & monachus Hirfangensis, eligitur in Episcopatum Constantiensem, an. 1082. Hanc electionem confirmabat Pontificus legatus Dominus Petrus Episcopus Albæ, adita etiam consecratione. Praefuit in summis periculis ac difficultatibus annis decem, quibus clapsis, ita ab omni parte à regis affectis ac ministris contumelia, iniuriis ac molestis affectus est, ut Ulrico Abbati Sangallensi Charinthiae ducis filio Constantiam obsequere, à qua exulavit 13. annis, praesidente interim Arnolpho Ture subfidentibus paulatim Germaniae tumultibus, & ipse auxilio Theodorici Abbatis Petershusani in Episcopatum suum rediit, an. 1105. ubi tranquillo postea vita, & fortuna per an. undecim utilis est, quibus Ecclesiam Cathedralè à Rumoldo Episcopo redificari coepit, egregie & felicissime

absolvit, & consecravit. Decessit ex hac vita ann. Dom. 1116. E

43. Arnolphus Comes Sancti montis, monachus Sangallensis, intruditur vi per Abbatem Sangallensem Ulricum tertium Charinthiae ducis filium, ac Henrici IV. Imp. consanguineum: idque fit an. Dom. 1092. cum summo detrimto Episcopatus Constantiensis. Praefuit annis tredecim. Tum qua mensura ipse erat mensus, eade rementum est ipsi quoque nam an. Do. 1105. inclinatè rebus Henrici IV. eiectus est ab Episcopi Gebhardi consanguineis, & Gebhardus summa cum laude restitutus.

45. Ulricus Comes à Dillingen & Kiburgk, singulari favore Imp. Henrici V. pervenit ad Episcopatum Constantiensis gubernationem, consentiente tamen etiam clero & populo Constantiensis: confirmatur à Pontifice Gelasio secundo, consecratur ab Archiepiscopo Mediolanensi. Praefuit summa prudentia decem annis. Incidit tandem in gravissimum morbum Comitalem, vel Epilepsiam, qua absumptus obiit tandem an. Chr. 1127.

45. Ulricus secundus, Baro de Castellis: monachus apud S. Blasium in Hiercyna, unanimi consensu Canoniorum electus successit Ulrico Dillingensi: praefuit utiliter ac laudabiliter an. undecim. Refignavit Episcopatum circa an. Dom. 1138.

46. Hermannus Baro de Arbona, eligitur à toto Collegio Constantiensis, confirmatur ab Innocentio II. an. Dom. 1139. Attulit omne patrimonium suum ad Episcopatum, trecentis etiam auri marcas ad summa Basilicæ illustrationem conferens. Praefuit autem Hermannus summa cum laude 26. annis omnibus benevolus, & omnibus eximie charus. Illustravit multis ornamentis Basilicam Constantiensis, emit Aquigranum Hegovie oppidum. Restauravit an. 1142. collapsum Scotorum monasterium. Imperavit à Friderico Barbarossa confirmationem donationis ac Bullæ regis Galliarum Dagoberti, an. 1155. Obiit tandem an. Dom. 1165.

47. Otho secundus, Comes Habspurgus, est fuit qui Zeringensem ducem fuisse affirmant praeposuit antea Augustiae ad S. Mauricium, vir summa prudentia & optimis moribus conspicuus, at homo valentissimus eligitur an. Dom. 1165. Praefuit 4. annis, semper ferè egrotans: obiit an. 1169.

48. Bertholdus nobilis Baro, eligitur ab unanimiter consentiente clero, statim post evocatum ex hac vita Othonem, vir eximia prudentia ac virtute praeditus. Praefuit laudabiliter an. 10. obiit 20. Maji: anno redempti orbis 1179.

49. Hermannus secundus, successit Otho, an. Dom. 1179. Praefuit 12. annis: pacis & tranquillitatis publicæ ut amantissimus, ita custos etiam diligentissimus, omnibus suis subditis ex animo charus: obiit an. Dom. 1191. cum precedente an. Imp. Fridericus Barbarossa perisset in quodam Armeniam fluvio.

50. Diethelmus Baro de Vviiemburg, antea à Friderico Barbarossa Abbas divitis Augiae designatus in Comitibus Sprembus: Iste cenobio cum sapienter ac utilissimè fuisset an. 25. vocatus est unanimi totius cleri ac populi Constantiensis consensu, ad gubernationem etiam Episcopatus, an. Dom. 1192. cui summa cum laude praefuit annis duodecim: obiit tandem 12. Aprilis, an. Christianæ redemptionis 1205.

51. Vvernerus Baro à Stauffen, eligitur à Capituli Constantiensis toto Senatu, an. 1205. Praefuit quatuor annis & aliquot mensibus, obiit an. 1216.

52. Conradus secundus, successit Vvenero: praefuit & profuit Ecclesiae Constantiensis an. 24. cum summa omnium hominum laude: obiit an. 1234.

53. Henricus nobilis de Thanneck, aut ut aliqui volunt, de Thannen, eligitur Episcopus Constantiensis, an. Dom. 1234. H. Praefuit prudenter & utiliter 14. an. Decessit ex hac mortali vita an. Virginei partus 1248.

54. Eberhardus secundus, Dapifer à Vvaldburg, eligitur à clero Constantiensis. Praefuit summa prudentia & cura, 26. an. Vir humanus & mitis erga omnes omnium conditionum homines, idcirco omnibus etiam eximie charus. Ampliavit & diravit Episcopatum. Obiit feliciter an. 1274. decima 9. Febr.

55. Rudolphus Comes Habspurgus, Imp. Rudolphi Habspurgii patruelis, Canonicus Basilienfis & Constantiensis, eligitur an. 1274. praefuit 20. an. quibus Episcopatum egregie administravit, & locupletasset, nisi à suis propriis consanguineis, ad arma ultricæ etiam captenda, duro necessitate tot adactus, & compulsi fuisset. Obiit an. Dom. 1294. tertia Aprilis, relinquens Episcopatum in maximis debitis, propter gesta bella, ad quæ tamen non nisi summa vi pertractatus est.

56. Fridericus Comes à Zollern, praeposuit Majoris Ecclesiae Augutane, eligitur à majori parte Collegii Constantiensis. At contra hunc à paucis quibusdà summi collegii Canonicis eligitur Henricus nobilis à Klingenberg legum doctor, & Rudolphus

regis

A regis Cancellarius, vir apprime doctus, & summa prudentia praeditus. Hoc Schisma fuisse maxime perniciosum Episcopatu Constantiensis, nisi Fridericus tanta morum lenitate, & animi mansuetudine praeditus, tamque pacis ac tranquillitatis studiosus, de suo jure potius cedere voluisset. Reservata ergo annua sibi pensione, post annos quatuor ab electione Henrico Clingenbergenfi gubernationem plenè resignavit: obiit tandem anno 1304.

57. Henricus secundus hujus nominis, eligitur eodem tempore & die, quo Fridericus Comes à Zollern, discordi scilicet electione. Cum autem ei potentiori cessisset Fridericus, confirmatus & consecratus est ab Archiepiscopo Moguntino Gerharo ab Eppenstain, anno Christi 1294. Dominica Letare. Praefuit utilissimè annis undecim. Construxit intra muros Constantiensis urbis templum D. Laurentio sacrum, obiit anno Domini 1306.

58. Eberhardus tertius hujus nominis, alius Gerhardus: Ex Avenione Galliae natus, vir in sacris ac prophans eximie doctus: praefuit 12. annis, obiit anno Domini 1318.

59. Rudolphus tertius hujus nominis, Comes à Monte fortis, vir insigni sapientia prudentiaque praeditus, eligitur unanimibus totius Canoniorum senatus sententia, an. Domini 1318. Praefuit sedi Constantiae laudabiliter & utiliter annis quatuordecim, egregie tam & augsens & illustrans. Postulatus est etiam ad Churensis Episcopatus gubernationem, an. 1323. quam prudentissimè etiam administravit. Obiit anno Christi 1332.

60. Nicolaus Magister Curiae cognominatus, eligitur per Schisma, & tamen à majori parte senatus Canoniorum: confirmatur à Rom. Pont. Joanne XXII. Contra hunc eligebatur à quibusdà Canonicis Comes Albertus de Hohenberg, patre Rudolpho furioso homine natus. Hi duobello etiam de possessione Episcopatus certarunt, sed vicit Nicolaus auxiliis Friderici Aultrii contra Imp. Ludovicum electi. Praefuit Episcopatu annis 11. laudabiliter, ubi in summa annoe difficultate liberalissimus erat, singulis diebus trium millium pauperis turbae hominum alumnus. Obiit an. Chr. 1344. in die S. Jacobi.

61. Udalricus III. Praefertur dictus, Cathedralis Ecclesiae prius Decanus, subrogatus concordibus totius Capituli suffragis, anno Dom. 1344. Praefuit septem annis prudentissimè ac utilissimè: erat mitis ac simplex homo, sed bonus ac circumspexus Oeconomus. Obiit an. Dom. 1351. 6. Novemb.

62. Joannes III. cognomento Vvindlock, eximie doctus & sapientissimus vir, Cancellarius Aultriae ducis Alberti Claudii, cuius precibus obtinuit confirmationem ab Innocentio VI. Praefuit annis 5.

63. Udalricus IV. eligitur à toto Capitulo in Episcopum, qui propter insignes animi virtutes dignissimus fuisse tali munere: sed quia Pontificum confirmationem impetrare non potuit (occuparet enim animos Pontificis & Cardinalium alius quidam, Henricus videlicet) pacis & tranquillitatis conservanda studio, volens ab Episcopatu cessit. Hic aliqui etiam Leopoldum quemdam Canonicum Bambergensem, Episcopatu à Carolo IV. intratum esse scribunt; qui tamen decem saltem praefuit mensibus. Sed Catalogi Constantiensis illius non meminerunt.

64. Henricus III. Abbas Einsidienfis, consequntus est possessionem & clavum Episcopatus Constantiensis largitionibus. Corrupter enim Cardinales quosdam Romæ, qui ei confirmationem apud Innocentium VI. facillè impetrant, ann. Dom. 1356. 15. Maji. Praefuit Henricus 26. annis cum urbi invisus, quia summe ei molestus & injurius, tum Canonicis etiam non admodum gratus: obiit an. Dom. 1383.

65. Mangoldus à Brandis eligitur ex Abbate Divitis Augiae in Episcopum Constantiensem, 27. Jan. an. Dom. 1384. à novem Canonicis, reliquis Domino Nicolao à Rylenburg suffragantibus: confirmatur ad Alolpho Archiepiscopo Moguntino: Nicolaus vero à Pontifice Urbano confirmationem consequntus. Constantiam ingressus, ibi sedem suam habere cepit. Mangoldus conscripto foris exercitum tumultuavit. Verum mox moritur subitanea morte apud Tiberisive Casaris solum in Ergovia, cum jam equum vellet ascendere, & Schisma illud durasset annum & dies 24. Sunt qui cum veneno affitum & medio sublatum esse.

66. Nicolaus Secundus eligitur, ut supra dictum est, anno Christi 1384. Praefuit 4. an. quietè & solus, sublatò jam Mangoldo Episcopo: Resignavit Episcopatum quarta Maji, anno Christianæ salutis 1388. spe amplioris dignitatis: qua spe cum

frustraretur, rediit Constantiam, ubi praeposuitur dignitatem E iterum consequntus est.

67. Bucardus Baro Heuvvenfis, & praepositus summi Collegii Constantiensis, successit concordè Canoniorum electione Nicolao: praefuit an. 10. Protectus est ipse Romam pro confirmatione ad Urbanum Pont. Adificavit egregium sacellum in honorem D. Virginis in ambitu Cathedralis Ecclesiae, ubi & sepulcrum sibi ipsi constituit & elegit: obiit postea an. 1398.

68. Fridericus II. Comes à Nellenburg, eligitur ab universo capitulo an. Dom. 1398. in die S. Galli: moxque in praesentia parentis Comitis Conradi à Nellenburg, insigni pompa consecratur: cum audiret autem, Episcopatum esse exhaustum & ere alieno gravatum, resignavit eum decimo die.

69. Marquardus successit, legitime electus & consecratus, praefuit decem an. Decessit ex hac vita, an. 1408.

70. Albertus Blaureus, praepositus summi templi, designatur Episcopus propter insignem prudentiam suam, an. 1408. Anno vero 1411. totius Canoniorum senatus consensu resignavit Episcopatum Othoni sequenti, reservata sibi tamen per omnem vitam annua & mediocri pensione.

71. Otho III. Marchio de Hochberg & Rotteln, accepit baculum pastorem à resignante Alberto Blaureto, concensu totius Cleri Constantiensis, an. Dom. 1411. Praefuit 23. an. Erat eximia prudentia & doctrina praeditus: Extant ejus scripta de laudibus D. Virginis, & filii Dei ex hac intermeta Virgine nati, in Bibliotheca Divitis Augiae. Sub hoc Episcopo congregata est Synodus illa magna Constantiensis ab Imper. Sigimundo, cujus acta non est hujus loci recitare. Ingravescente senio, in Epilepsiam incidit, ac mox ultrò resignavit Episcopatum, consensu totius cleri, Friderico illustri Comiti de Zollern, Canonicis Constantiensis & Argentonensibus, retenta sibi exigua pensione. Absolvit periodum vitae 15. Novemb. An. 1433.

72. Fridericus III. Comes à Zollern, Canonicus Argentonensis, per liberam resignationem Episcopi Othonis. Erat egregie juvenis, summa modestia & humanitas erga omnes, cum summo tum infimo, laude insignis, & idcirco omnibus etiam suis longè charissimus. Praefuit 3. annis, nec integritas tamen. Evocatus est ex hac mortali vita, an. Chr. 1436. ultima Julii. Anno praecedente mortem suam, congregavit Synodum ex universis clero suo Constantiae: ei interfuert Abbates 26. Praepositi sex, Canonici 40. ducenti & sexaginta Sacerdotes, non supputato clero, qui intra mœnia urbis habitaret. In hac Synodo recens & numerata sunt per universa Dioecesein Constantiensis, trecenta & quinquaginta utriusque sexus Monasteria: mille septingenta & sexaginta Parochiales Ecclesiae: Sacerdotum vero capita supra septendecim millia.

73. Henricus IV. Baro Heuvvenfis, Praepositus Constantiensis, & Decanus Argentinensis, eligitur ab universo Clero in Episcopum an. Dom. 1436. quarta Augusti. Confirmatur eisdem mensis octava die ab Eugenio quarto P. M. Basilicæ tum existente. Ingressus est Constantiam quingentis equis in vigilia Natalis Dominici, ut auspiciaretur gubernationem. Praefuit annis 36. Tenuit per resignationem Conradi Rechberg, Churensis Episcopi, ejusdem etiam Episcopatus administrationem, 10. annis. Obiit anno 1472.

74. Bucardus II. vir humilis, solitudinis & tranquillitatis studiosissimus, optimus Oeconomus: eligitur an. 1472. Praefuit tribus annis, & aliquot mensibus, sapienter & utiliter, H obiit anno Dom. 1475.

75. Hermannus praeficitur Cathedra Constantiensis, antea Decanus summi templi: vir mirè religiosus, humanus, mitis, munificus in pauperes. Eligitur an. Dom. 1475. erat senio confectus, & valetudine omnino afflicta, idcirco adiuvit à Canoniorum collegio quemdam sibi coadjutorem, Ludovicum nobilem à Fribergk, doctorem, virum prudentem ac valde versutum: is clandestinis machinationibus contra Episcopum Hermannum & totum Canoniorum collegium Romæ confirmationem à summo Pontifice Sixto IV. impetravit: quod post ipsius mortem Episcopatus possessionem facillitè se hoc pacto retinere posse arbitraretur. Praefuit non integris 2. annis, obiit anno 1477.

76. Ludovicus nobilis à Freibergk, Doctor legum, vir eruditus, callidus, & multarum rerum experientia clarus, Canonicus Constantiensis: fretus confirmatione quam astute obtinuerat, jam se Episcopum arbitratur, non interveniente ulteriori electione. At Canoniorum senatus, contempto Ludovico, alium eligebat, Othonem videlicet Comitem Solimotanium, qui Constantiae

A stantia sedens, plena ibi gubernandi Episcopatus potestate potius est. Ludov. nec ipse cedere volens, in Radolphi colla sedem sibi elegit, & ibi suum etiam senatum, suum consistorium habuit, ac Romanum profectus, lite cum altero contendere cepit. Cum autem hac in longum, ut sit, protraheretur, incidit Ludovicus in periculosum morbum, quo consumptus, Romae emigravit, & Episcopali pompa honorifice sepultus est, an. Dom. 1484. quo cepit Otho quiete possidere Episcopatum. Igitur

77. Otho Constantiensis sedis praefuit, durante Schismate, 7. annis: finito Schismate, 8. annis: obiit Constantiae ann. Christi 1491.

78. Thomas Perlovers utriusque Juris Doctor, ut eximie eloquens, praudentia vero virtute ac rerum usu longe maximus: Frederici III. Imp. Orator ac Consiliarius intimus, & qui Maximilianum, Frederici filium, in latinis literis instituit, utile cum omnibus legatis latinè loqui posset expedire. Primum praepositus summi Collegii Constantiensis designatus, ita sese in hoc munere gessit, ut postea mortuo Episcopo Othone, 22. Martii, an. 1491. in Episcopatum elegeretur, ubi prudentissimè & utilissimè quinque annis praefuit. Obiit an. Dom. 1496. vigesima Aprilis.

79. Hugo nobilis heros à Landenbergk, Decanus summi Collegii, vir proceræ staturæ, ut nullus esset princeps eo tempore in Germania, qui heroica statura corporis illi conferri potuisset: Erat autem & prudens, humanus, ac omnium eruditione aliqua praestantium hominum amantissimus, etiam ipse non admodum doctus. Is eligitur concordibus suffragiis an. Dom. 1496. Praefuit sapienter ac felicissimè triginta tribus annis. Sub hoc Episcopo Comitatus habitati sunt Constantiae à Divo Maximiliano Imper. ann. Chr. 1507. quibus omnes Imperii status interierunt: quæ Comitatus duravit per integrum annum. Anno Dom. 1527. successit cum universo suo clero, propter mutatam Constantiae religionem, Uberlingum, ubi honorifice à Senatu populoque exceptus, difficultate suorum temporum territur, Episcopatum senatus Canonorum an. Dom. 1528. liberè resignat, & sibi quietem quaerens, unà cum toto Capitulo Balthazarem successorem sibi constituit.

C 80. Balthazar Merckelius igitur, tenuis fortunæ parentibus, at honestis & piis natus, homo ambitiosus, atque in studiis literarum diligenter versatus, & Doctor legum. Qui Divo Maximiliano Imperatori in magnis Constantiensibus Comitibus anno Christianæ salutis 1507. innouerat ac in intimum Consiliarium ab eo fuerat adiectus. Maximiliano vero Imp. rebus humanis exempto, & D. Carolo V. in ipsius locum subrogato etiam adhaesit, eumque in Hispaniis sequutus est, cuius ibi Vicecancellarius etiam designatus, totius Imperii negotia subivit, & cum laude promovit, expedit, & administravit. Tandem electus in Episcopum Constantiensis & Hildesianum, Uberlingum venit, & honorifice excipitur. Resignante suam dignitatem Constantiensis Hugone, praefuit 14. mensibus, & in arduis Imp. Majest. negotiis in inferiorem Germaniam descendens, cum Treveri pernoctasset, & manè equum conscendere vellet, subitanea morte decessit, in ipso festo S. Pentecostes, an. 1531. Quo auctore Canonici unanimi consensu Hugonem à Landenbergk ad Episcopatum gubernationem revocarunt. Qui iterum sapientissimè praefuit mensibus undecim. Postea decessit plenus dierum, 7. D Janu. anni à nato Christo 1532.

81. Joannes Quintus, Comes à Lupfen, successit tertia Februarii, vocatus & electus. Praefuit igitur sex annis, & cum videret eam gubernationem habere plurimum laborum, curam & sollicitudinem, emolumentum vero minimum, resignavit eam Canonorum Collegio an. Dom. 1537.

82. Joannes Sextus, ex Julia duca natus, doctrina, prudentia, multarum rerum usus, & plurimarum linguarum cognitione insignis, & idcirco D. Carolo V. Imp. ejusque fratris D. Ferdinando in primis charus. Designatus primum à Rom. Pont. Archiepiscopus Lundenis in regno Daniae, ubi à Christiano rege, D. Carolo V. foror, in tanto pretio habitus est, ut ille ei unicum filium traderet erudiendum. Postea rege Christiano miere in regno suo favente, subduxit se ex Dania, in inferiorem Germaniam concedens, ubi Imp. Carolo V. fuit à legationibus & consiliis. Missus autem an. Dom. 1538. à D. Carolo ad fratrem Ferdinandum, in eisdem itinere ad gubernationem Episcopatus Constantiensis, Regis Ferdinandi consiliis & auxiliis pervenit: consecratus est Ratisbonæ in Comitibus an. 1541. Incorporavit Episcopatum Divitis Augiae cenobium Benedictinum, & praeposituram Oeningensem ad lacum Venetum sitam. Interiit plurimum Comitibus, praecipue, vero, illis quæ D. Ca-

rol. V. Rom. Imp. Augustæ Vindelitorum habuit an. Dom. E 1547. & 1548. post bellum Germanicum: in quibus subitanea morte ex hac lacrymarum valle decessit, Mense Maio.

83. Christophorus Metzlerus, Doctor legum, Canonicus Churensis & Constantiensis, eligitur unanimi consensu in ipsa die Visitationis Mariae, an. Christi 1548. in Episcopum Constantiensis. Praerat adhuc anno Domini 1549.

84. Marcus Siricus, Comes de Atempis Cardinalis.

85. Andreas Austricus, Episcopus etiam Brisisensis, & Cardinalis, moritur Romæ 1600. filius Ferdinandi Archiducis.

86. Joannes Georgius obiit 1603.

87. Jacobus Fuggerus adhuc anno 1625. praefuit.

EPISCOPI ARGENTINENSES.

Argentina vel Argentoratum, potentissima Germaniae civitas, ad Rhenum sita, conversâ est ad Christum imperante Nerone, & concionante adhuc Romæ D. Petro Apostolo, à S. Martino Petri Apostoli discipulo, ejusque focus Valerio ac Eucharistia, interpeia voce, & virtute omnipotentis verbi, multa signa faciendibus per totam Alsatiam. At non perstitit Argentina diu in vero Christianismo; nam cum circa annum Dom. 330. Arius latissime spargeret suos errores, etiam his ipsis Argentina gravissime infecta fuit, quemadmodum aliae etiam urbes ad Rhenum sitae. Tandem tamen ab his erroribus in viam veritatis reducta ab Episcopo Eusebio Metensis: Templum vero primum postea an. Chr. 508. consecratum est a rege Galliarum Cloveo, qui primus inter reges Galliae Christum agnoscere coepit, & à S. Remigio Episcopo baptizatus est. Episcopus vero Argentiniensis fundatus est à Galliarum Rege Dagoberto, qui & Spirensis, Vormaciensis ac Moguntinæ Episcopatus ab Antia miserè vastatos, & ab Arianis infectos, repurgari fecit, ac amplissimis donationibus locupletavit.

1. Primus autem in ordine Episcoporum hie numeratur S. Amandus in Aquitania, Ultrajectinae Ecclesiae Episcopus, evocatus ex Ultrajecto, Argentiniensi Episcopatu praeficitur à Rege Galliarum Dagoberto, cujus filius Sigebertum in castro Eyiemburg baptizavit. Et miraculis clarus, concionatus est Christum. Verum cum populus contra veritatis verbum crudeliter etiam tumultuaretur, cessit Amandus illi futuri, & resignato Episcopatu an. Chr. 640. Monasterium à se & Dagoberto fundatum ingressus est: ubi post aliquot annos febribus correptus, ex hac vita mortali ad immortalæm feliciter emigravit.

2. S. Arbogastus Aquitanus, cui sunt qui ex Hibernia ortum affirmant: is peregrinus & heremitæ venit in Alsatiam, ibique in sacro nemore, eo penè loco, ubi nunc Haganoa sita est, oratorium sibi construxit, Deo jejuniis ac precibus diligenter servavit: non otiosus tamen profusus, nam & prodibat, & accolas de vera Dei cognitione, de vero timore Dei, & vera per filium Jesum Christum redemptione, reprensione idololatriæ cultibus, ac phanaticis opinionibus confutatis, diligentissimè erudiebat; & doctrinam confirmavit etiam miraculis, nam & immundus spiritus ejiciebat, & egrotos sanabat, & mortuos resuscitabat; perurbas vero concionatus verbo Dei erigebat. Urbebat illo familiariter Rex Dagobertus, eumque S. Amandi successorem constituit, an. Chr. 646. addito mandato, ut Argentinienses audirent hunc Doctorem, & ejus voci tanquam divinae legi obtemperarent. Praefuit autem doctus & concionando an. 12. Sulcavit orationibus suis à mortuis Sigebertum, Dagoberti Regis ex Mechilde Saxonum Ducis filium, qui in venatione propè Ebersheimmunster ab apro percussus, postero die obiit. Decessit ex hac vita, ann. 658.

3. Rotharius, ducali origine & stemmate natus, à Rege Galliarum Childerico, Episcopus Argentiniensis constituitur, ex regia Curia magistro, ac strenuo equestris ordinis viro, juxta verè.

Ex gladio baculum duxit Rodharius istum Praefuit is Episcopatu quinque tantum annis. Obiit an. Dom. 663. Sunt qui alio ordine recitant successorem Episcoporum Argentiniensem, sed falli & toto caelo errare eos, & certillimum est, & vetustis diplomatis etiam demonstrari potest.

4. S. Florentius Scorus, Sanctorum Arbogasti, à Deo dati & Hildolphi amicius, peregrinationum Comes, & exilii & heremiticæ vitæ socius oratorium sibi invito condidit ad Halesium fluvium, non procul à Bruchio percelebat. Alsatiae amicus, in densissimis nemoribus.

In his latebris dabat operâ sanctus Dei vir studii agriculturæ diligenter interim Deo precibus & orationibus instans pro tota Ecclesia. Is ipse Rathildum Dagoberti regis filiam, eam cum matrem à navitate, suis ad Deum in nomine Christi suis precibus videre,

A videre, ac loqui fecit. Ipso loco, ubi S. Florentius oratorium suum hæcenus habuerat, magnificum construxit S. Florentio & ipsius discipulis cenobium, Halesium dictum à nomine preterfluentis rivuli, in quo docebat, ac legendo orandoque Deo vacabat. Tandem post Episcopi Rotharii mortem, Episcopus Argentiniensis Ecclesiae, unanimi totius & cleri & populi consensu electus fuit, anno Christi 663. Praefuit piè & laudabiliter annis duodecim, ac obdormivit anno 675.

5. Ansoaldus successit S. Florentio, electus à rege Galliarum Childerico: praefuit 5. annis. Obiit an. Christi 680.

6. S. Justus, eximie doctus & sapientissimus Episcopus, eligitur an. Christi 680. Praefuit vir plene duobus annis, piè ac sapienter. Scripsit commentarium in Cantica Canticorum, qui in Trutenhusio Monasterio Canonorum Regularium extat manu auctoris scriptus. Decessit ex hac vita an. Christi 681.

7. S. Maximus, praefuit concionando ac docendo sex annis, vir summa vitæ innocentia & sanctimonia praeclarus. Mortuus est anno Christi 686.

8. S. Valentinus, vir sanctissimæ conversationis, eligitur, & defuncto Maximo: praefuit tribus annis. Obiit anno Christi 689.

9. S. Solarius, venerandus & religiosissimus senex, S. Valentinus subrogatus, praefuit tribus fere annis: emigravit anno Domini 692.

10. Bihplius, alius Fulphus, praefuit annis 8. Absolvit naturæ debitum, an. Dom. 700. Numeri tamen propter vetustatem corrupti, alibi aliter inveniuntur: Successio autem hæc certior est.

11. Magnus praefuit annis sex: obiit anno 706. Invenitur nihil de eo aliud, quam ex nobilissima eum prolapia natum fuisse. Hoc tamen certum est, nullum unquam alium assumptum esse in Canonico Argentiniensium collegium, quam vel ex Principibus, vel Comitibus, vel Baronibus natum, quique sedem provis ac atavis allegatis, honestum & legitimum, vel Principem, vel Comitem, vel Baronem se harum consecrari possent. Unde Argentina omnium Germaniae Episcopatum dicitur nobilissima. Adjectum vero hic vulgare illud & usitatum vulgo dicitur, de Platea (ut vocant)

C Curia, Summa: quia ad caput & fontes Rheni sita. Constantia, Amplissima: dicitur enim habere sub Dioecesi sua supra mille & octingentas Parochias, & 400. Monasteria. Basilea, Amoenissima. Argentina, Nobilissima. Spira, Religiosissima. Vormatia, Pauperissima. Moguntia, Venerabilissima, hoc est, dignitate & auctoritate ceteras maximè antecellens: sola enim illa post sedem Romanam Sanctæ cathedra Moguntina dici solet, ex dono Pontificis Gregorii tertii.

Inter Sedes Episcopales ad Rhenum palas, dicitur: Treveris, Verutissima. Colonia, Opulentissima.

12. Aldus successit Antistiti Magno, praefuit novem penè annis: dicitur decessisse ex hac mortali vita ad immortalæm, anno salutis 714.

13. Gaotinus, alius Barotinus, eligitur, Aldo mortuo: praefuit annis septem. Obiit anno Dom. 721.

14. Landebertus constituitur Episcopus Argentiniensis, anno Domini 721. praefuit annis sex. Emigravit ex hac mortali vita anno Dom. 726. Sub hoc plurima Monasteria fundata sunt.

Rodobaldus praefuit tribus annis Episcopatu & Ecclesia Argentiniensi, evocatur ex hac vita anno Dom. 730.

16. Magnebertus praefuit quinque annis, & obiit anno Domini 735.

17. Ubiolius, alius Layholus, praefuit septem annis, obiit an. salutis 742. quo an. natus est Carolus Magnus Galliarum rex.

18. Gundoldus praefuit annis quatuor, obiit anno 746. Dicitur ab aliquibus Sunderholdus.

19. Gaudo, vel Gando, vir eximie doctus & sapiens, successit Gundoldo, praefuit annis 2. Obiit an. redempti orbis 748.

20. Utho, vel Otho, praefuit annis octo. Obiit an. Dom. 756.

21. Viggerus praefuit post Vithonem annis quinque. Obiit anno 761. Construxit Monasterium ad Rhenum, Monachorum Cellam appellatum.

22. Vvandelricus successit Episcopi Vviggeri, praefuit 4.

annis: emigravit ex hac vita, anno salutiferi partus 765. E 23. Otho, vel Erbo ab aliquibus appellatus, quem aliqui Habsburgium Comitem fuisse, alii vero (qui magis verisimilia scribunt) ex Ethichonis Alsatiae Ducis genere natum affirmant. Ex Monacho & Abbate vocatus est tandem ad Argentiniensium Episcopatus gubernationem a rege Galliarum Pipino, ubi 8. annis bene & prudenter praefuit. Obiit anno Dom. 773.

24. Aulidulphus successit Othoni, temporibus Caroli Magni nondum Imperatoris: praefuit laudabiliter decem annis, decessit an. Christi 783.

25. Remigius alibi tamen Benignus appellatus: Abbas primum perveteris monasterii in Valle-Georgiana apud Alsatias sita, eligitur etiam in Episcopum Argentiniensem concordibus totius & cleri & populi vocibus: praefuit laudabiliter an. 20. Peregrinatus est pedes Romanæ, ubi ab Adriano Pont. honorifice exceptus, multisque sanctorum reliquiis donatus, eas omnes humeris suis è Roma Ethiovium usque in monasterium recens à se conditum deportavit, Obiit anno Dom. 803.

26. Ratho evocatus à Carolo Mag. Imp. ex Abbata Vallis Georgianæ ad gubernationem Episcopatus Argentiniensis, summa cum laude ibi praefuit an. 8. Obiit an. Dom. 812.

27. Urho Argentiniensis, à quo platea (in qua parentes ejus habitaverunt Argentina) hodie adhuc Urthonis platea appellari solet & generis & ingenii animique virtute ac nobilitate clarissimus, assumitur & eligitur in Episcopum Argentiniensem à toto clero & populo, anno Dom. 812. confirmatur à Carolo Magno: praefuit an. novem piè, utiliter, & cum summa laude. Interfuit Aquigranensis Concilio, quod congregavit ex omnibus Germaniae Episcopis Ludovicus Pius, reformandæ Ecclesiae ergo, mox post suam coronationem. Decessit ex hac lacrymarum valle, Anno Christianæ salutis 821.

28. Erlehardus, alibi Erlehardus, successit Urthoni, praefuit piè & laudabiliter annis septem. Decessit an. Dom. 828.

29. Adelochus eligitur, mortuo Erlehardo, totius Capituli consensu: praefuit piè, & ut bonum Episcopum decet, annis duodecim. Scorum Cœnobium ad S. Thomam mutavit in Canonico Collegium. Obiit anno 840.

30. Bernoldus eligitur & constituitur Episcopus Argentiniensis, an. Christi 840. fidelis doctor & informator suæ plebis, vir & vitæ sanctimonia & eruditione insigni praestans. Praefuit prudentissimè an. 17. Emigravit ex hujus vitæ carcere an. Domini 857.

31. Ratholdus successit Bernoldo, electus à toto clero: praefuit Episcopatu annis octodecim. Imperante Ludovico II. valedixit mortalium vitam, an. Christi 875.

32. Grimoldus, alius Brunoldus, eligitur unanimi consensu totius cum clero populi, an. 875. Praefuit an. octo. Decessit an. redempti orbis 883.

33. Regenhardus successit Grimoldo, electus à toto clero: praefuit Episcopatu annis duodecim, quem diligenti sua administratione plurimum ditavit. Migravit ex hoc saeculo, anno Christi 895. 10. Maji.

34. Baldramus gentis & natione Bavariæ, seu è Norico natus, eligitur an. Domini 805. Praefuit prudenter & utiliter duodecim annis: fuit pius ac religiosissimus praefuit. Obiit an. Domini 906. duodecima Aprilis.

35. Odoberthus eligitur an. Domini 906. Fideliter praefuit annis septem: Huic cum plurimum molesta esset Republica Argentiniensis, successit Episcopus ex urbe in forissimum quoddam castrum Rotenburg: sed furens plebs laboravit in pium ac laudabilem Episcopum suum licarios quoddam, qui H clam in acem irruentes, Episcopum trucidarunt, 9. Augusti. anno Domini 913. Eodem anno etiam Bernardus Spirensis Antistes à seditionis duobus Comitibus, Bernardo & Conrado, oculis primum & vili privatur, postea crudeliter interficitur.

36. Godefridus Caroli Craffi è sorore nepos, legitime electus successit Odobertho: praefuit duobus tantum mensibus, & decima Novembrii ejuldem anni, quo interfectus est Odoberthus, decessit etiam ipse.

37. Riehuvinus dux Lotharingæ, sacrarum Scripturarum insignis Magister, princeps pius ac religiosissimus, eligitur anno Christi 913. Praefuit laudabiliter quindecim annis, in quibus Canonico collegium S. Thomæ egregie dotavit & illustravit. Obiit 30. Augusti, an. Domini 928.

38. Ruthardus, natione Svevus, praefuit annis undecim diligentissimè & utilissimè. Deponitur & exauctoratur ab Imper. Othone Magno, propterea quod contra ipsum adhaesisset quibusdam principibus. Ductus vero in Saxoniam, Corbejensi Cœnobio

A Cenobio includitur, ubi annis undecim detentus, ac tandem dimissus, cum Argentinam rediret, obiit illic an. 950.

39. Utho Comes Francicus, Uthonis cuiusdam filius: eligitur an. Christi 950. praeiit laudabiliter annis quindecim. Praefuit eruditus & omnis generis librorum studiosissimus collector ac peruestigator, quorum magna aedificata pars in Bibliotheca Argentiniensi adseruatur. Obiit an. 965.

40. Eckenbaldus vel Erckenbaldus, Aldericus cognominatus, humilibus, ac piis & optimis parentibus natus: successit Uthoni legitime vocatus & electus, praeiit tribus annis, etsi sint qui eum diutius praefuisse arbitrentur. Fuit eximie doctus Episcopus, sacrarum litterarum Magister, & medicis verificator. Scripsit carmine vitas quorundam antecessorum suorum.

41. Baldus pius & admodum religiosus, successit Erckenbaldus, sed quo anno, ignoratur. Deceffit autem ex mortali hoc saeculo, an. 979.

42. VVilderolfus, aliquibus Vilderoldus dictus, praeiit an. 17. etsi sint, qui duobus tantum praefuisse scribant. Devoratus est a muribus, arcano Dei iudicio, anno 997. duodecima Julii.

43. Aldovicus, vel Alevovicus, eximie doctus ac prudentissimus, Divitis Angiae Monachus, ejusdemque loci ab Othone III. constitutus etiam Abbas, & in Episcopatus Argentiniensis fastigium collocatus est, ubi praeiit pie & prudenter 8. annis. Obiit an. 1006.

44. VVernharius eligitur an. Domini 1007. Praefuit laudabiliter ac utilissime uno & viginti annis, egregie amplians, ac illustrans Episcopatum Argentiniensem. Is ipse VVernharius, semper fuit gubernationis anno, videlicet an. 1015. D. Virginis Cathedralis Basilicam Argentiniensem, e lignis olim & coctis exiguae valoris lapidibus, aere Galliarum Clodoveo Neophyto constructam, demoliri cepit, & ex fundamentis renovari, ac longe ampliore & quadrato lapide, magnificentiore & fortiore quam antea, fieri curavit. Auxit Bibliothecam multis bonis libris. An. Dom. 1019. ingenti prelio vicit Burgundiones, Argentiniensem Episcopatum iniuste deperdentes. Obiit postea an. Domini 1028. viceima octava Octobris.

45. VVilhelmus eligitur ab universo Clero Argentiniensi Praefuit laudabiliter ann. 19. quibus S. Thomae collegiatam Ecclesiam incendio collapsam, & praesaeque etiam alias restauravit. Obiit an. 1047.

46. Hezezo vel Hezeclimus, eligitur anno salutis 1047. praeiit fideliter & utilissime annis octodecim. Is Canonico-rum S. Petri Collegio novo, sex adhuc Canonicatus adiecit. Obiit an. Dom. 1065.

47. VVernharius II. Comes Habspurgensis, Gebizonis filius natus anno Domini 1025. eligitur an. Domini 1065. praeiit 14. an. Obiit an. gratiae 1078. De hujus morte variae sunt sententiae.

48. Theobaldus successit VVernhario, praeiit 5. an. & aliquot mensibus. Obiit an. Dominica Incarnationis 1084.

49. Otho constituitur Argentiniensis Episc. ab Imp. Henrico IV. Profectus est cum Dom. Godefrido de Biltone, Lotharingia duce, aliisque multis Germaniae Episc. & Principibus ad terram sanctam recuperandam, & S. Urbem Hierosolymam e manibus ac potestate Saracenorum liberandam: quod feliciter factum est, an. Christi 1099. quo Godefridus iste rex Hierosolymitanus designatus est: etsi aurea corona se coronari non sit passus, quod Christus Dei filius coronam spinea[m] ibi pro peccatis mundi gestasset. Obiit an. Christi 1100. cum praefuisset, an. sedecim cum summa laude.

50. Baldovinus successit Othoni Episcopo, praeiit vix duobus integris mensibus, & hac vita mortali evocatur eodem quo electus est anno.

51. Chuno eligitur anno Christianae salutis 1101. ab Imperatore Henrico IV. praeiit viginti duobus annis. Legitur, primis hujus gubernationis annis, una cum quibusdam nobilibus viris fundasse & construxisse Monasterium Boumgartem. Obiit an. Dominicae Incarnationis 1123.

52. Bruno vir sanctissime conversationis, eligitur a toto Canonicorum Argentiniensium senatu, an. Incarnationis 1123. Ejectus est paucis annis elapsis ex Episcopatu, ab Imp. Lothario Saxone, cui summe invidus erat: etsi talis odii ratio nullquam reddatur. Reconciliatus tamen Imp. intercedentibus Imperatricis precibus, pristinae dignitati restituitur. Virum & sanctum & piam fuisse, uno eo consentitur, & affirmant omnes.

53. Gebehardus praeiit Episcopatu prudenter, sed quo anno, ignoratur: Pugnavit bis felicissime contra Sueviae du-

cem Fridericum. Emigravit tandem anno Domini 1147.

54. Burchardus eligitur concordibus totius Cleri sententis, anno gratiae 1147. praeiit bene & utiliter 20. an. liberalissime donavit & auxit Xenodochium Argentiniense. Sub eo confagravit, & iterum instauratum est templum S. Thomae. Obiit an. Dominicae Incarnationis 1161.

55. Rudolphus consequitur est Episcopatum, anno Domini 1161. non per legitimum electionem, sed fimoniacis largitionibus: praeiit octodecim an. Deponitur & exauctoratur iterum ab Alexandro Tertio Rom. Pontif. an. 1179. mensis Aprilii. Idque in publica Synodo factum est Romae, cui 500. Episcopi & Abbates interfuerunt.

56. Conradus eligitur unanimi consensu totius Capituli Argentiniensis, exauctorato Rudolpho, 30. Decembrii, anno Christi 1179. Emigravit ex hac vita mox sequente an. 1180. in die S. Thomae Apostoli.

57. Henricus Baro ab Haineburg, praeiit decem an. Sub eo fundatur cenobium Trautenhufium ad pedem montis S. Odyliae. Obiit an. Domini 1190. in Kalendis Aprilis.

58. Conradus II. praeiit fideliter & laudabiliter an. duodecim: obiit anno reparate salutis 1202.

59. Henricus Comes a Veringen, Suevus: pius ac religiosus, pacis publicae, & bonae inter homines tranquillitatis author & cultus, promotor & conservator studiosissimus. Praefuit sapienter & utilissime uno & viginti an. Deceffit an. incarnationis Verbi 1213. undecima Martii.

60. Bertholdus Princeps a Teck, Suevus: eligitur legitime & concorditer a toto Clero Argentiniensi: praeiit fideliter & prudentissime 15. ann. Erat ei pacis inter omnes homines conservanda summa cura: dissidium inter publicas & privatas personas compositor & diligentissimus & felicissimus. Monasteria & Canonicorum collegia, non Urbis tantum, sed totius Episcopatus, liberalissime juvabat, & ornabat. Obiit cum summo omnium tam spiritalium, quam saecularium luctu, an. Chr. 1230.

61. Henricus Comes a Stabeleck, Suevus: eligitur anno Christianae salutis 1239. praeiit uno & viginti annis: fuit vir sapiens, prudens, iusti aequique amantissimus. Deceffit autem anno Domini 1260. quarta Nonarum Martii.

62. VValterus Baro de alto Geroldiffegko cis Rhenum: G. eligitur unanimi consensu totius Cleri Argentiniensium. uno tantum adventante, Henrico videlicet Barone a Geroldiffegko: Id in Vigilia Palmatum an. 1260. factum est: confirmatur & consecratur sequente an. 1261. ab VVernhero Archiepiscopo. Moguntino. Ingressus est Argentinum, pro veteris moris conservatione, splendida & maxime insigni pompa, 1. die Febr. Ex hac vita emigravit, an. 1263. paucis diebus ante Pascha. Vide de bellis ab eo gestis Paralipomena addita Chronici Abbatis Urspergensis Contradi a Lichtenav.

63. Henricus Baro a Geroldiffegko ex VVagovia natus, Cantor antea summae Basilicae Argentiniensis: cui solo, ex universo Clero contra edictum VValtheri Episcopi de facienda secessione, in Urbe manenti, nihil fuerat negotii cum bellicis istis tumultibus. Erat vir mitis, ac natura placidus: eligitur jam post mortem VValtheri concordibus totius Cleri populi-que suffragiis in Argentiniensis Ecclesiae praesule, anno Domini 1263. Obiit an. Domini 1273.

64. Conradus Baro de Liechtenberg, omni virtutum genere ornatissimus: eligitur an. Christianae sal. 1273. Praefuit laudabiliter ac utiliter an. 26. Sub eo inchoata est primam a Senatu populoque Argent. insignis illa & admirabilis Argentiniensis Basilica turris, totius Germaniae spectaculum & ornamentum eximium, an. Christianae sal. 1277. ab Ervino de Steinach statuario Latomo & Architecto insigni absoluta est an. 28.

65. Fridericus Baro Liechtenbergius, Contradi Episcopi germanus frater, antea praepositus summi Collegii Argentiniensis, virtute & vite honestate fratri non inferior, aut posterior. Eligitur 15. Sept. an. Dom. 1299. etsi invidus, & nihil tale vel sperans vel ambiens. Erat sacerdotum concubinas alentium ac foventium summus osor, & gravissimus in eisdem animadversor. Obiit an. 1306. viceima Decembris.

66. Joannes nobilis a Dirphheim, Helvetius, vir eximia virtute, sapientia & vite bonitate praedans; doctrina vero & in primis viri; Juris scientia clarissimus: Designatur primum praepositus Tigurinus, & postea Episc. Eystertensis ab Alberto Austriae Romanorum rege, cuius die antea fuerat Cancellarius, & in summo Consiliario. Praefuit Aysladis 2. annis. Erat Pont. Max. Clemente V. Argentiniensis Episcopi praeficitur, anno Dom. 1307. cum jam Argentinam dominarentur quatuor

Episcopi

A Episcopi per discordiam electi. Obiit anno Dom. 1328. sexta Decembrii.

67. Bertholdus Comes a Bucheck, sapientia & morum probitate, animique erga bonos lenitate, erga sedulosos vero magnitudine nemini secundus, eligitur in Episc. Argentiniensem, 21. Decembrii, anni a nato Christo 1328. Fuit pacis & concordiae per omnem vitam suam studiosissimus, clero & civibus charus. Praefuit Episcopatu 25. annis optimè & utilissime: condidit & erexit sacellum D. Catharinae, cuius festum in summis deliciis habere est solitus, quod eo die natus, & eodem ad Episcopatus gubernationem fuisse electus. Inde alium constituens simplicioris sepulture locum, in quem postus est tandem ipso fatali sibi die S. Catharinae, paucis mensibus ante mortem suam, quae irrepsit anno 1353. omnibus corporis viribus plane defixatus, Episcopatum resignavit Joanni Baroni Liechtenbergio: cuius tamen insinctor olim capus, & miserè tractatus fuerat. Sub eo cepit constructi a civibus quibusdam Argentiniensibus Carthusa.

68. Joannes Praepositus summae Basilicae Argentiniensis, eligitur a vivente & adhuc superstante Episcopo Bertholdo, consensu totius Cleri, anni Dominicae Incarnationis 1353. in die S. Andreae. Erat vir humilis, mitis, placidus, misericors & benignus erga pauperes, nec superbus, nec ambitiosus, simplicissimum habitu ac vestitu contentus, diligens & severus religionis cultor. Praefuit utilissime 12. annis, & 15. septimanis. Obiit animi morore consumptus, in die S. Crucis, anno Dom. 1365. quod impune grassantes Anglos, Alsatiam & omnem circumjacentem regionem miserè videret vastare.

69. Joannes Comes Lutzelberg, Imp. Caroli IV. ex Venecelao fratre nepos, Gallus cognominatus, & Comes Lyniae. Mittitur is ex Italia a Rom. Pont. ad gubernationem Episcopatus Argentiniensis, cum ibi inter duos alios, per discordiam electos, de Episcopatus possessione per integrum annum disceptatum esset. Ingressus est Argentinum, & honorifice ibi est exceptus ab universo clero, item a Senatu populoque, 11. Junii, an. Christianae sal. 1366. Praefuit 5. annis, & an. Domini 1371. Moguntinae sedi praeficitur a Pont. Gregor. IV. & Imp. Carolo V. Praefuit ibi 2. ann. & obiit an. 1373. non sine veneni suspitione.

70. Lambertus nobilis a Buren, Alsatia: constituitur & confirmatur anno Dom. 1373. Episcopo Argentiniensium. Fuit pius Monachus & Episc. Brixienfis, ac Spirensis, annis 9. Etiam hanc cathedram reliquit, evocatus ab Ambergenfem: cui etiam praesit annis viginti tribus laudabiliter, ad annum usque Dom. 1398. quo Ambergenfis etiam Episcopus honorè de abdicans, Gengenbachium rediit, ubi religioni Christianae totus deditus, post paucos menses mortuus ac honorifice sepultus est.

71. Fridericus Baro a Blanckenheim, constituitur a Rom. Pont. Episcopus Argentiniensis contra discordem electionem Canonicorum, qui duobus iustitabantur, Joanni videlicet Baroni ab Ochsenstein, summi Collegii Decano, & Georgio Comiti a Veldentz, Scholastico. Praefuit sedecim annis. Gestit grave bellum contra Argentiniensem Rempublicam, anno 1388. Id eleganter & succincte descriptum quere & lege in Paralipomenis Urspergenfi Chronico additis.

72. Burchardus Comes de Lutzelstein, antea summae Basilicae Praepositus, eligitur a senatu summi Collegii Argentiniensis, anno Dom. 1392. in Episcopum. Sed cum is desperaret le posse retinere tantae rei possessionem contra Guilielmum Pontificia auctoritate confirmatum, cessit Guilielmo libenter & bona pace, & retenta sibi tamen superioris Manduati, oppidi videlicet Rutenensis ac adjacentium pagorum ditione: quam tamen etiam tandem resignavit.

73. Guilielmus Comes Dieffenfis Pontificia auctoritate, & permutationis jure, ex Ultrajectino ad Argentiniensem Episcopatum evectus est, an. Dom. 1394. Gestit gravia bella cum suis civibus, eaque infelicitur, nam ab illis captus fuit. Praefuit Episcopatu Argentiniensi ante & post captivatem 44. annis, quibus parum profuit Ecclesiae, aut ditioni suae. Obiit apud Mollesheimium 6. Octob. anni a nato Chr. 1439. ibid. sepultus.

74. Conradus Baro a Buisang, ex Thurgovia natus, eligitur an. 1439. a majori parte Capituli Argentiniensis. Sed cum jam ille in chorum Ecclesiae ductus, & pro more in aram positus esset, canente toto clero Hymnum Divorum Ambrosii & Augustini, electus est interim summa destinatione, ab alia Senatus Canonicorum parte & equestris ordinis viris, Joannes Baro Ochsenstein decipiens, & omnino valentinarius tenex, furdatur etiam. At Conradus vir natura mitis, placidus ac

L. B. Theatr. vnae Aetnae, Tom. 111.

prudentissimus, vocatis ad se Canonicis (a quibus electus erat) E oblati honore se abdicavit, & assumptus fuit

75. Rupertus Rheni Palatinus, & Bavariae dux, ingressus est Argentinum insigni pompa, anno adhuc 1439. Praefuit feliciter utiliterque, & cum summa laude, annis triginta octo, primum aliquo modo dissolutis moribus, postea vero gubernator optimus, Oeconomus diligentissimus, Religionis cultos, ac propagator studiosissimus. Author concionum, quae haberi sub eo sunt coeptae in Basilica Cathedrali. Obiit anno Dom. 1478. in die S. Lucae Evangelista.

76. Albertus Rheni Palatinus, & utriusque Bavariae dux, filius Othonis ducis, antea summae Basilicae Praepositus: eligitur an. Dom. 1478. Praefuit optimè & utilissime annis 27. mens. 9. diebus 5. Religionis & pietatis studio nemini fuit secundus. Obiit cum summo omnium suorum luctu, viceima Augusti, anni a nato Christi 1506.

77. Guilielmus Comes de Honstein, eligitur unanimi totius Canonicorum summi collegii consensu 9. Octobris, anni a nato Christo 1506. Erat Princeps medicorum doctus, eximie prudens, facundus plurimum. Humilis apud le majores: gravis vero & tamen placidus, ac mitis erga le inferiores. Omnibus pauperibus clemens, summe propitius ac benignus. Confirmatur Bononiae a Julio II. P.M. Consecratur Argentinae in Dominica Latarae anni 1507. ab Arctico Archiepiscopo Magdenburgensi. Praefuit prudentissime, ac in summa ista suorum temporum propter dissidium religionis difficultate, summa animi moderatione, an. 35. Obiit an. circiter Dom. 1541.

78. Erasmus, Canonicus Argentiniensis & Bambergensis, eximia virtute, eruditione ac sapientia praeditus: successit concordibus totius summi Collegii Argentiniensis procerum suffragiis electus. Obiit 1568. in Decembri.

79. Joannes Comes a Manderfcheidt, ex Colonienfi & Argentiniensi Canonico electus 1569. Collegium Religiosum S. I. Molsherni posuit. Obiit 1592.

80. Carolus Cardin. a Lotharingia, electus 1592. & Metensis, conservati Episcopatus titulo insignis. Obiit Nanceji 1607.

81. Leopoldus, Archidux Austriae.

EPISCOPI SPIRENSIS.

De Spirensis sive Nemetum Episcopatus funditione, ac origine prima, nemo quicquam certi dicere aut affirmare potest. Esse autem vetustissimum, hoc testatur, quod anno Dom. 348. Iesus quidam Nemetum Episcopus Colonienfi Synodo intermissè legitur, in qua Euphrates Episcopus Colonienfis, proterea quod Arianis adhereret, & gubernationis fastigio, unanimi omnium totius orbis Episcoporum consensu, est dejectus & exauctoratus. Post hunc Iesum, vel Iesum, nullus legitur Episcopus Nemetum ubi praefuisse, usque ad tempora Dagoberti Galliarum Regis Christianissimi, qui circa annum 610. eum denuo feliciter instauravit, ac S. Dei virum, Athanasium facellanum suum, isti sedi praefecit.

1. Iesus, vel Iasimus, alius Iesus dictus, praefuit Nemetum populus & Ecclesiam, concionando Christum, consultandoque Arianorum blasphemias, ante & post an. Christi 348. Is enim ut supra dictum, Coloniae fuit, & una cum aliis piis Germaniae & Galliae Episcopis Euphratem Arianae sectae asseclam damnavit, ac a Colonienfi Ecclesiae gubernatione amovit. Post hujus Iesum ex hac vita discessum, qui praefuerint isti sedi, Arianorum favore prevalente, incertum est. Instaurante iterum Dagoberto Episcopatum, primus successit

2. Athanasius a Dagoberto rege Galliarum, anno Dom. 610. H Praefuit iste Nemetibus, annis quadraginta sapienter, pie ac fideliter. Fuit vir doctrina & vite sanctissima clarissimus: deceffit ex hac vita mortali anno Dom. 652.

3. Principius successit Athanasio: praefuit sub Sigeberto Galliarum rege, Dagoberti filio, pie & sapienter, annis viginti quinque. Obiit anno Dom. 678. Huic deiecit Sigebertus rex decimas omnium victualium, in agro Spirensi provenientium, quae antea Regi dari consueverant.

4. Tragebodus eligitur a Childerico Fancorum rege, anno 678. a quo consequitur est confirmationem donationis decimarum. Praefuit 8. annis. Obiit anno 686.

5. Basinus, vel Basilius, successit Tragebodo, cum vacasset tamen aliquandiu Ecclesia Nemetum. Praefuit autem temporibus Caroli Marcelli annis septem, mensibus octo. Quando ex hoc saeculo emigraverit, aut quo anno praefidere coepit, ignoratur.

6. Lato, alius Latio, eligitur anno Domini 756. praefuit

M

tempo